



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

53 Episcopi, & alij superiores dignitatis res & bona ecclesiarum vacantium  
sibi vindicantes, suspensionis poenam incurunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- obtinere, quod, si Papa, quod absit, etiam ex certa scientia, alicui profus idiotæ pro-  
videret, committendo Ordinario, aut alteri executionem litterarum, non esset ei parendum, si esset illitteratus Abb. in cap.  
si quando, nu. 3. de rescr. & ibi Felyn. n. 4. &  
in t. inquisitioni, nu. 4. de sentent. excommu-  
nici. † quia illitteratus est incapax dignita-  
tis ipso jure, Navar, relect. cap. si quando ex-  
cept. 12. numer. 1. & except. 13. num. 2. tom. 2.  
44 de rescript. † Quia litteratura est de jure so-  
divino, cap. nisi, cum pridem, §. pro defictu,  
de renunc. & Felyn in dicit. cap. Inquisitioni,  
eodem num. 4.  
45 Decimo tertio, † excommunicatus ordinari non potest: & excommunicationis sententia innodatus ordinem suscipiens, ab illo ordine est deponendus,  
& a solo Papa potest dispensari, cap. cum il-  
lorum, & ibi Abb. num. 2. de sent. excom-  
munic.  
46 Decimo quartio, † ordinatus extra  
tempora, qui de jure communi erat  
suspendendus, donec secum foret dispe-  
nsatum, cap. cum quidam, & cap. litteras, in fin. de temp. ord. Sed hodie est ipso  
jure suspensus, & celebrando, efficitur ir-  
regularis, per dictam const. Pij II. in Bull.  
eodem c. 6.  
47 Decimo quinto, † ordinati, sede Episcopali vacante intra annum vacatio-  
nis, cum litteris dimissorijs capituli, seu  
Vicarij ejusdem capituli; si in minoribus  
ordibus fuerint constituti, nullo  
privilegio clericali, praesertim in criminibus,  
gaudere possunt: si vero in ma-  
joribus, ab executione ordinum, ad  
beneplacitum futuri Praelati, sunt ipso ju-  
re suspensi.  
48 † Et capitulum litteras dimissorias con-
- cedens, interdicti pœnam incurrit. Vicarius vero, † ab officio, & beneficio per  
annum est ipso jure suspensus, conc. Trid.  
in e. 10. de reform. sess. 7. & c. 10. de reform:  
sess. 23. Post annum sedis vacantis, poterit  
capitulum, seu Vicarius litteras dimis-  
sorias, & facultatem ordinandi concede-  
re, etiam sede Episcopali vacante, sacr. con-  
gregat. concil. super eodem cap. 41. sess. 7. in  
decis. sub tit. V. sellen.  
Decimo sexto, † duos sacros ordines  
eadem die nemo suscipere potest, privile-  
gijs, ac iuridicis quibusvis concessis, non  
obstantibus quibuscumque concil. Tri-  
dent. cap. 13 de reform. sess. 23. Alias sic pro-  
moti sunt suspensi, donec fuerit illis suspen-  
sio relaxata, cap. litteras, in fin. de temp. ord.  
Et ratione executionis ordinis, etiam plu-  
res pœnae incurruunt de quibus supra,  
capit. 35.  
Beneficiarum † occasione insuper  
quam plurimi suspensionis pœnam incur-  
runt. Et plenè obtinentes beneficia in con-  
fidentiam & quo ab ingressu ecclesie sunt  
ipso jure suspensi etiam Episcopi, ac S.R.E.  
Cardinalis, per Bull. Pij III. de confid. in  
Bull. cap. 109. & plures alias pœnas incu-  
rrunt, ut ibi, & in constitut. Pij V. in eodem  
Bull. cap. 87.  
Secundo, † Episcopi, & alij collatores  
beneficia, praesertim curata, personis indi-  
gnis, & quæ in loco residere, ac per seiplos  
curam ipsam exercere non valent, confe-  
rentes, à collatione beneficiorum ea vice  
sunt suspensi, & collatio est irritanda, cap.  
grave nimis, de preb. & concil. Trident.  
3. de reform. sess. 7.  
Tertio, † Episcopi, Archiepiscopi,  
vel Patriarchæ, Abbates, alijs regula-  
res, vel secularis Praelati, aut quæcumque  
eccles.

ecclesiasticæ personæ, quæ vacantibus dignitatibus, perfonatibus, prioratibus, vel ecclesis quibuscumque sibi subiectis, vel ad collationem, ordinationem, aut præsentationem pertinentibus, eorundem bona, morientibus eorum rectoribus, vel ministris, in ipsis inventa, sive vacationis ipsorum tempore obvenientia, quæ in utilitatem eorundem experdi, vel futuris debent successoribus fideliter reservari, occupare, aut in ulus suos convertere, quoquomodo præsumunt: Episcopi, ab ingressu Ecclesiaz & ceteri, ab officio, & beneficio, tandem sunt suspensi, donec competentem fecerint restitutionem, & fin. de off. ord. in 6. & Navar. in Manual. c. 27. n. 57. in princ.

§4 Quartò, resignationes, & permuatationes beneficiorum fieri debent ex causis, ac modo, & forma, *de quibus in constitutione p.ij V. quæ incipit. Quanta Ecclesia, & de qua in Bull. e 48.* &c qui contrafecerint, ut in eo, in quo deliquerint, puniantur, à beneficiorum, & officiorum collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tandem suspensi debent remanere, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia recipiunt, eisdem penas subjacent, & alias penas incurunt, *de quibus in ead. constitutione §. qui verò.*

§5 Quintò, † Prælati alienantes bona ecclesiistarum, inconferto Romano Pontifice suspensionis, aliasque censuras, & penas incurunt, *de quibus in extravag. ambitiose de reb. Eccles. non alien.*

§6 Sextò, † Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi & Episcopi, Itali videlicet, vel

ex Italicis insulis, unde in Italiam commodius traijci potest, veluti Siculi, Sardi, Corsi, & alii adiacentium provinciarum Italiae, ac etiam Dalmatiae, & Graecarum, quæ è regione ipsas Italiae, & Siciliæ ortis sunt, tertio quoque anno; Germani verò, Hispani, Galli, Belgæ, Bohemi, Vngari, Poloni, Angli, Scoti, Hiberni, & ceteri omnes, qui in Europa sunt citra mare Germanicum, & Balticum, ac omnium insularum Maris Mediterranei, quarto anno: & qui intra Europæ fines sunt, his Provinciis remotiores, ac etiam Africani littoribus nostris adversi, ac Insularum Maris Oceani, Septentrionalis, & Occidentalis, Europæ, & Africæ citra continentem novi orbis, quinto anno: Astatici verò, & qui ultra Asiam, & aliis novis terris Orientalibus, Meridionalibus, Occidentalibus, & Septentrionalibus, tam in Insulis, quam in continentibus, & deniq; in quibuslibet mundi partibus, decimò quolibet anno à tempore suscepit munéris consecrationis, vel pallii traditionis, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli limina visitate tenentur, alioquin ab ingressu Ecclesiaz, ac etiam ab administratio ne, tam spiritualium, quam temporalium, necnon à perceptione fructuum suarum ecclesiistarum, à capitulo eorum omni exceptione, & morta cessante, interim exigendorum, & in opus fabricæ seu ornamentorum ecclesiæ emptionem, prout major necessitas exegerit, insumendornm, ipso facto tandem sunt suspensi, donec à contumacia resipiscentes relaxationem suspensionis hujusmodi à sede Apostolica meruerint obtinere, *ut in confit. Sixti. Papa V. de qua in 2. par. Bull. capit. 17. §. ad hoc autem, & §. jubemus, pag. 47.*

Yyy3 Iu-